



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Hoc suit prætermissum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

si clavi in altum dæfixi, faciendi plures libros, nullus est finis, frequens meditatio carnis afflictio est, finem loquendi pariter omnes audiamus Deum time, & mandata eius obserua hoc est omnis homo, cuncta que fiunt adducet Deus, in iudicium pro omni errato, siue bonu[m], siue malum sit, ad hanc mensam paratam vocatur, in qua nihil deest, sed apposita super ea admodum consideranda, quod nulla res est potentior necessitate, quam illi tres iuuenies custodes Darii dormientis, certantes ut quis eorum potentiores rem deduceret à Rege mumera obtineret, vnde unus vinum, alter Regis potentiam, tertius vero mulierem dixerunt, sed super omnia veritas, nam veritas ipse Deus est, quem necessitate coactus quisque amare tenetur, cum amor non auro, sed amore consimili soluatur, hominem igitur necessitas, ut potentior quacunque re vrget, & ad quid amare, quo nihil dulcissimus est, sed quem amare ipsum proprium amorem, quod fieri potest, tempore prudenti, & sapienti non abutendo quod omne dat, & auffert, nec illud conterendum sed egenis cum re distribuendum, hoc præfertim, ut carius Deo proposit homini, qui etiam dietim cor suum eidem sacrificat, qui ita se se gerit, fideles Democratias obtinebit, opulentas Monarchias posidebit, felices Hierarchias tenebit, parui refert amare, sed ab eo fructus maximus profluit, huius amoris species locum non capit, & ob eius altitudinem, & profunditatem non capit, ideo recta amplaque Dei locutio silentium est, tamen donum ineffabile, & incópræhensibile non esse prætereundum censeo, cum datum sit homini Dei inimico mysterium Eucharistia, dignitas omni alia quacunque dignitate excellentior, quæ talis, & tanta, est quod impossibile sit humanis sensibus exprimere, + Cum panis in corpus, & sanguinem Christi transsubstantiatur, cap. ante benedictionem. de consecratio. dist. 2. adeo, quod vndique infinitus amor detegitur, de quo perfectam salutem Ecclesia ita sentit, quod pari modo vera locutio silentium est.

Hoc fuit prætermissum

S V M M A R I V M.

Filii in concubinatu nati non succedunt clerico in illis duabus vñcijs.
Ppp 2 Centesimo